

cato seruare. Et in hora exitus mei digre mihi succurre/re. vt nullus demonioꝝ voce seu vultu horribili me terreat neq; in me p̄ualeat. Sed sancti angeli tui me suscipiant ⁊ tibi me collocēt vbi eterna tua visiōe satiari merear. Da mihi dñe in hora exitus mei. fidē rectā. spem firmā. caritatē p̄fectā. bonū sensum. p̄fessionē purā. cū vera penitētia. p̄ceptionē sacri corp̄is tui. ⁊ vñctiōnē sancti olei. cū certa fide ⁊ sancta spe. Iube me dñe iherusalem p̄nari. Et cuz venero ante te. noli mihi esse terribilis sed ostēde mihi vultū tuū mihi ⁊ placabilē. Et iube me inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitari ⁊ cū eis p̄hēniter gaudere. Per dominum nostruz iesum xpm.

Legitur in vita sancti bernardi abbatis Clareuallis qd demon sibi semel apparuit dicens se scire octo versus in psalterio. quos qui quotidie diceret sancti meriti acquireret ac si totum psalterium dauiticum decantasset. Et cum beatus Bernardus instaret vt sibi eosdem versus ostende

ret. Ille vero hoc facere recusaret tunc beatus Bernardus scio inquit quid faciam. nam quotidie legā totum psalterium deinceps sicq; p̄dictos versus non obmittam. Quod cum audisset demon ne tantū bonum faceret potius sibi hos versus ostendit. Sunt autē qui sequuntur.

**T**umina oculos meos ne vnq; odormā in morte nequādo dicat inimicus meus p̄ualut aduersus eū. In manus tuas cōmendo spiritū meum. rede misti me dñe deus veritatis

Locutus sum in lingua mea notū mihi fac dñe finē meum

Et numerum dierū meozū q̄s est vt sciā quid desit mihi

Fac mecū signū in bono vt videāt q̄ te oderūt ⁊ p̄fundātur quoniam tu dñe adiuuisti me ⁊ cōsolatus es me. Dirupisti dñe vincula mea. tibi sacrificabo hostiā laudis ⁊ nomen dñi inuocabo Perijt fuga a me. ⁊ nō est qui req̄rat animā meā. Clamaui ad te dñe dixi tu es spes mea portio mea in terra viuētū. Oīo dicenda post hos versus.

**O**mnipotēs eterne deus  
q̄ ezechie regi iude te cū  
lachrymis hūiliter deprecantē  
vite spacū prēdisti: cede mi  
hi indigno famulo tuo añ die  
mortis mee tantū vite spacū  
um quo ad mensurā vt omnia  
peccata mea valeā deplorare  
z veniā ac gratiā fm misericōdiā  
tuaz psequi merear. Per chri  
stū dñm nr̄m. Itē alia oratio

**O**mine iesu xpe per il  
lā amaritudinē mortis  
quā sustinūisti p me in cru  
ce maxime cū aia tua egressā  
fuit de corpe tuo miserere aie  
in egressu suo amen.

Seq̄  
tur oratio venerabil' bede ps  
byteri de septē verbis vltimis  
dñs iesus chris<sup>us</sup> loquebatur  
pendēs in cruce. de q̄ fert q̄  
quiscunq; eā flexis genib; de  
uote dixerit nec demonis nec  
mali hominis nocumēta pa  
tial' neq; incōfessus morietur

**O**mine iesu (z est ista.  
xpe: q̄ septē verba vltio  
die vite tue in cruce pendens  
dixisti. vt semp illa sc̄tissima  
verba i memoria habeā. Ro  
go te. p virtutē illoz septē ver  
bor: vt mihi parcas quicquid  
peccau' aut comisi in septem

petis mortalib; aut ex illis p  
cedētib; scz. supbia. auaricia.  
luxuria. inuidia. gula ira ac  
cidia. Sicut enī tu dixisti. pa  
ter ignosce crucifigentib;. fac  
vt amore tuo parca cūct; ma  
lesacientib; mihi. Et sicut tu  
dixisti latroni. hodie mecum  
eris in paradiso. fac ita viue  
re vt in hora mortis mihi dis  
cas. hodie mecum eris in celo.  
Et sicut tu dixisti matre tue  
Mulier ecce fil' tu'. deinde  
dixisti discipulo. ecce m' tua:  
fac vt m'ri tue societ me amor  
tu' z charitas vera. Et sicut  
tu dixisti. hely hely lama saba  
bathani. hoc ē deus me' de'  
us me' vt qd dereliquisti me:  
fac me in tpe tribulationis z  
angustie mee dicere pat' mi:  
dñe misere mei z adiuua me  
qz tuo pprio sanguie redemi  
sti me. Et sicut tu dixisti. Et  
tio. scz salutē aniaz sanctaruz  
que in limbo inferni sunt ad  
uentū tuū expectātes. fac ve  
semp sitiā z diligā te fontem  
aque viuētis. fontē eterni lu  
minis toto cordis desiderio  
adamandū. Et sicut tu dixi  
sti. p' in man' tuas p̄mendo  
sp̄m meū. recipe me venientez